



## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Virtvtvm Adeptione, Siue De Instrvmentis  
Assequendæ Virtvtis libellus R. P. Iacobi Alvarez De Paz  
Toletani è Societate lesv**

**Álvarez de Paz, Jacobo**

**Coloniae Agrippinae, 1615**

§. 14. De Modestia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46634](#)

dum animum , certis temporibus ab  
vſu docendi & monendi cessare.

V. Non solum externam linguam  
cohibere, sed & interiorem cogita-  
tionem ab strepitu phantasiarum &  
verborum abducere.

VI. Nihil ad ostentationē, sed so-  
lūm ad Dei gloriam, & proximorum  
salutem , vel nostram necessitatem,  
dicere aut cogitatione voluere.

Postulatio Taciturnitatis: Domi-  
ne Iesu Christe, sapientia Patris, in  
cuius labijs gratia Spiritus sancti dif-  
fusa est, qua & nihil minus congru-  
um tuæ diuinæ personæ protulisti, &  
omnia ad salutem hominum nece-  
ssaria sapientissimè prædicasti: tange  
labia nostra calculo taciturnitatis  
ignito, & linguam nostram virtute  
silentij purifica, vt & necessaria & v-  
tilia suo tempore proferat, & quic-  
quid inutile aut inane est. à nostra  
mente & labijs abscedat. Amen.

*De Modestia. §. XIV.*

**M**odestia, est virtus, quæ externus  
motus & gestus temperat cor-

N 7 poris;

poris; quæ ludis & iocis rationis moderationem adhibet, & quæ cultui, & apparatu personæ debitum modum

*Aug li de imponit. Quæ, vt inquit Augustinus,  
vita bea- dicta est à modo, sicut à temperie tem-  
perantia.*

*Vbi autem modus est atque  
temperies, nec plus est quicquam, nec  
minus. Hæc autem in moralibus non  
videtur à maturitate distingui, vt in-  
snuat Albertus. Vel est Maturitatis  
fructus; nam ex interna mentis graui-  
tate actiones externæ modum rationi  
consentaneum accipiunt.*

Incitamenta ad Modestiam sunt:  
I. Consideratio diuinæ præsentie.  
Nam coram Domino, & summo  
Domino vniuersorum, nihil minus  
decens, minusue conueniens, aut a-  
gendum, aut dicendum est, quod pos-  
sit tantam maiestatem offendere. Et  
hac ratione usus est Paulus ad hanc  
virtutem suadendam, dicens: Mo-  
*destia vestra nota sit omnibus homini-  
bus, Dominus enim prope est. Si ille,  
qui omnium est Dominus, prope nos  
est, immo intra nos est, & vniuersa-  
rum est nostrarum cogitationum &*

*Phil. 4:5*

*op. e. 2*

opérationū inspecto, nō debemus ad aliquid maxum aut cogitationem extendere, quod ipse sua sententia condemnet.

II. In verbis & actionibus seruata: Modestia, mirum in modum mentis profectui, & puritati deseruit: Sicut & immodestia sine ullo dubio eidem menti magnum detrimentum infert. Nam corpus & anima, cùm in unam sint personam colligata, mutuo suas affectiones qualitatesque communicant. Et anima lætitia gestiens, corpus ipsum pene emortuum exfuscat, & corpus gravi mœndo oppressum animam opprimit, & sola corporalia curare & cogitare compellit. Vnde fit, ut corpus per immodestiam effusum, animam distrahat, & Modestia cohibetur, animam quoque colligat atque componat. Meritoque ex motibus externis de interioribus moribus iudicamus, quod interiora communiter exteriora sequantur, hæc que certissima sint interiorum indicia. Vnde Ecclesiasticus ait: Ex visu Eccl. 193<sup>o</sup>, 26.  
cognos-

cognoscitur vir, & ab occursum facie i. cognoscitur sensatus.

II. Modestia magnum momentum habet ad proximorum edificationem curandam. Ipsi namque, qui solùm vident in facie, exterioribus ad vitia vel virtutes permouētur: ex illisque, quæ obijciuntur oculis, de homine bonam aut præposteram opinionem accipiunt. *Habitus mentis*, inquit Ambroſius, in corporis ſtatu cernitur: hinc homo cordis nostri absconditus, aut leuior, aut iactantior, aut turbidior: aut contra grauior, & constantior, & purior, & maturior estimatur: Itaque vox quædam est animi, corporis motus.

Actiones Modestiae ſunt: I. Caput  
huc illuc leuiter nō mouere, ſed cum  
opus eſt, grauiter & maturè conuer-  
tere; ſi verò opus non ſit, rectum te-  
nere, & in anteriorem partem tantil-  
lum infleſtere, non tamen ad latus  
dextrum nec ſinistrum inclinare.

II. Oculos non vagos nec immo-  
deratè eleuatos, ſed parum demiffos  
habere, & cum oportuerit, non tor-  
uē, ſed benignè; non superbè, ſed hu-  
mili-

*Amb. I.  
offic. c. 18.*

militer; non in honeste, sed castè &  
pudicè ad aspiciendum leuare; & in-  
ter loquendum cum alijs, non in vul-  
tus eorum, sed sub oculos, aut etiam  
sub mentum aspectum defigere.

III. Rugas in fronte, sed multo ma-  
gis in naso, evitare, & serenitatem  
mentis faciei serenitate & moderata  
hilaritate, præferre.

IV. Labia nec nimis compressa, nec  
nimium diducta, tempore silentij te-  
nere: cùm verò loquendum est, verba  
ipsa, ac rationem loquendi, modum-  
que pensare.

V. Vestibus mundis & religiosè  
compositis amiciri.

VI Manus mundas, si vestes non su-  
stineant, decenter quietas, & pallio  
opertas, aut aliquantulum manicis  
conectas ob circumspectionem ser-  
vare.

VII. Nec nimis lentè, nec nimis fe-  
stinanter incedere, nisi necessitas vr-  
geat; & tunc quantum fieri poterit,  
decoris non obliuisci.

VIII. Omnes gestus ac motus, ita  
ut apud omnes edificationem pariāt,  
tem-

temperare, & secundum præscrip-  
tum ordinis, nemine solum, sed fra-  
tri associatum incedere. Hæc ferè  
omnia docuit nos Beatus Pater no-  
ster Ignatius: eo pluris æstimanda,  
quò à sapientissimo vitæ spiritualis  
magistro profecta.

**IX.** Si ludis ac iocis, animi remittē-  
di gratia, vtendum est, illi sint rari,  
personæ, statui, & dignitati ludentis  
congruentes, & omni iniuria, obſcœ-  
nitate, illiberalitate, & petulantia  
vacantes. Ludos autem & iōcos mo-  
derari, pertinet ad quandam virtu-  
tem, Modestiæ partem, quam vocant  
Eutrapeliam, quæ in ludis & iocis  
decorum seruat.

**X.** In vestibus etiam modestia ser-  
uanda est, non solum quia debent esse  
decenter mundæ ( vt diximus ) sed  
etiam, quia non debent esse nimis de-  
licatæ aut molles; non debent esse cu-  
riosæ, vel nitidæ, vel peregrino mo-  
do efformatae, & à nostro statu ab-  
horrentes, quæ aliquam ambitionem  
aut animi mollitiem, aut alium affe-  
ctum minus ordinatum oleant.

**XI. Idem.**

XI. Idem omnino seruandum est in  
supellestili, in bibliotheca, in appa-  
ratu mensæ & cellularum, & in alijs  
similibus, quæ omnia talia sint, vt nec  
nos in varias curas distrahant, nec  
mentem minus ordinata affectione  
polluant, nec fratres nostros scanda-  
lo aut nota minoris ædificationis læ-  
dant.

Postulatio Modestiae: Domine Ie-  
su Christe, cui tanta inerat Modestia <sup>2 Cor. 10.</sup>  
pulchritudo, vt Apostolus tuus nos <sub>1.</sub>  
*per modestiam, & mansuetudinem tuā*  
ad virtutem hortatus sit: voces, mo-  
tus, & gestus nostros virtute Mode-  
rationis exorna, & ab eis quicquid  
minus decens est, remove, vt in hijs  
externis munditia hominis interio-  
ris eluceat; & dum interius & exte-  
rius compositi esse mitimur, tuas lau-  
des in cordibus nobiscum conuersan-  
tium excitare quæramus. Amen.

*De Indicij adeptæ Virtutis.*

### CAPUT X.

**E**xplícata Virtutum natura, nūc  
de indicij virtutis, à iusto viro  
adeptæ